collocauit · ubi per orationes caecos inlumina
bat · surdis reddebat auditum · mutorum lin
guas uel a daemonibus oppraessas uexillum xpi
manibus suis inprimens absoluebat · Opinio ue
rosa in uniuerso mundo et uicinas ciuitates flo
rebat · quo tempore maxima pars populi extra
urbem per rura adhuc diabolicis institutis tene
bantur obstricti · ut idola muta et simulacra
uana ligna et lapides colentes sacrificarent · Ipse
tamen spiritu sancto repletus cotidiana et assidua
doctrina dura gentalium corda molliebat ·
quo adusque omnem diocesis suae populum adiuuan
te xpo converteret ad fidem · cuius parentes et ger
mani religiose domino seruiebant · Tunc conuocans
presbiteros atque diaconos suos · ita eos affatus est ·
O religiosi uiri · non nobis est necessarium domini ta
lenta commissa · unius talenti in sudario uelut
pigri serui singulari cautela recondere · sed cum
aduenerit · dominus noster cum usuris decuplicata
oportet repraesentari · ut boni serui lucra
dominica augeamus · et in gaudio domini nostri me
reamur introire · Mittens itaque ad ueronen
sem uel brexianam episcopis el ... suo legationem
dicens · Domini et sanctissimi fratres · nolite negle
gere uerbum domini · in quo xpistus nos suae ecclesiae
praesules ordinauit · sed nunc exite de urbibus
uestris et praedicate uerbum domini · ne amplius
serpens ille diabolus antiquus sibi animas homi
num iam habeat obligatas · pro quibus dominus nos
ter mortuus est et resurrexit · Cui illi tale
dederunt responsum · per se non posse abire ·
Beatus autem uigilius responso accepto ait ·
Ego mori pro ipso paratus sum qui pro nobis
mortem subire dignatus est · ne ex patior mihi
coronam paratam aliis uenundari · Tunc con
testatione eius percunctari tale ei dederere re
sponsum · Perge frater in territorium ciuita
tum nostrarum · et adquire animas domino · quae
adhuc tenentur captiuae · et demonstra illis ui
am ueritatis · Accepta itaque fiducia exiit beatus
uigilius per cuncta territoria aliquam partem
ueronensium uel brexianorum uerbum domini prae
dicando fide xpisti conuertens ultra · xxx · deo funda
rat ecclesias · In territorio autem suae ciuitatis dum
perrexisset · duxit secum sisinnium quendam mar
tyrem atque alexandrum uiros xpistianissimos ac
religiosos de transmarinis partibus aduentantes ·
natione cappadoces · qui aliquo tempore medio
lanum antea commorati sunt · quos praefatos
dei cultores ordinauit anagnia · et dum ibi iam
aliquam partem populi conuertissent · et domino fun
dassent ecclesiam illis ibidem reliquit praedi
care · quibus adpraehensis anagni diuersis sup
pliciis maceratos · uinculis religatos · simul nec
iactauerunt in ignem · et conpraehensa eorum
sacratissima corpora combusserunt · et reddi
derunt spiritum · sicut eorum gesta continentur
Beatus autem uigilius fabricabat deo ecclesiam
et mox in spiritu sancto praetiosas animas eorum uidit
ab angelis ad caelum deferri · Cepit et ipse de
siderantes ad palmam martyrii festinare
ut et eorum mereretur particeps fieri coronae ·
Arrepto igitur cursu cum uno ex diaconibus per
gebat anagniam · et caeperunt eum sui retinere
dicendo · Quo pastor pergis · qui oues nondum
omnes adunasti · At ille spiritu fremens turbauit
semetipsum · Qui cum peruenissent ad locum
ad fluuium diacono ait · Excalciemus nos cal
ciamenta nostra · ut ad gentem nudam pede
nudo ingrediamur · quia pedes eorum non sunt
directi in uiam pacis · Cum autem uenissent
in locum ubi praetiosa corpora martyrum sunt
incensa combusta collegerunt in mundas sidones
et reportantes in tredento in quadam ecclesia
quam ipse domino fabricauerat cum honore condide
runt · Post paucos autem dies cum ut dictum est
ex urbe ueronensi aliquando aut brexiano aut
tredentino territorio quotquot inuenerat paga